

nafterio prodierunt, tam de ipsis personis quam de rebus Monasteriorum iuxta Cistercienfium fratrum institutionem, disponendi & ordinandi liberam habeas facultatem. Præfenti quoque decreto sancimus, ut Epifcopi, in quorum Epifcopatibus Monasteria veftra confiftunt, nec regularem & canonicam electionem Abbatis veftri unquam impediunt, nec de removendo ac deponendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta Cistercienfis Ordinis, & auctoritatem privilegiorum fuorum fe nullatenus intromittant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare &c. Data Anagninæ per manum Hermanni S.R.E. Subdiaconi & Notarii, XII. Kal. Decembris, Indictione IX. Incarnationis Dom. an. MCLX. Pontificatus verò Domni Alexandri Papæ III. anno II.

Dat. die 30. Novemb. an. Dom. 1160. Pontif. an. II.

I V.

Privilegium Confirmationis bonorum, ac libertatum Ecclefiæ S. Cuthberti de Kadeferd.

Ibidem.

Alexander Epifcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Willielmo Priori Ecclefiæ sancti Cuthberti de Kadeferd, ejufque fratribus, tam præfentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Effectum iusta postulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis: præfertim quando potentium voluntatem & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, veftris iustis postulationibus clementer annuimus, & eorum Ecclefiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præfentis scripti privilegio communimus: In primis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui secundum Dei timorem, & B. Augustini regulam noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obfervetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impræfentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis veftrisque successoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ex dono Willielmi de Luwetot fuadatoris ipsius Ecclefiæ, & heredum ejus, locum ipsum, in quo eadem Ecclesia sita est, cum terris decimis & omnibus earum pertinentiis: Ecclefiam de Malcringham, Ecclefiam de Gringeleja, Ecclefiam de Normanton Ecclefiam de Wiffon, Ecclefiam de Colefton, Ecclefiam de Willeley, quicquid habetis in Ecclesiis de Biferton, & de Claverburtet, de Berifwell, cum pertinentiis earum: præterea decimas omnes de terris ejusdem Willielmi de Honore de Blida de omnibus rebus, ex quibus decima dari solet, & dari debet: In Berdemyc duas bovatas terræ: In Colefton duas bovatas terræ cum mansura una de dominio ejusdem Will: In Burfod quatuor bovatas: In Wiftron quatuor bovatas terræ cum una mansura, & totam terram ipsius Willielmi de Bertheby & Slawic, præter unam bo-

Ecclefiam hanc sub protectione Sedis Apost. recipit.

Bonaque omnia ei confirmat.

ne districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eodem Loco sua jura servantibus fit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Dat. die 22. Januarii anno Dom. 1161. Pont. an. II.

Datum Anagninæ per manum Hermanni sanctæ Romanæ Ecclefiæ Subdiaconi, & Notarii, XI. Kal. Februarii Indictione VIII. Incarnationis Dominicæ anno MCLXI. Pontificatus verò Domni Alexandri Papæ III. anno II.

V.

Canonizatio S. Eduardi Regis Angliæ, ejufque adfcriptio in numerum SS. Confessorum.

Exordium.

Alexander Epifcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepifcopis, Epifcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, aliisque Ecclefiarum Prælatibus, per Angliam constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Henricus Regis Angliæ, & Prælatorum Regni preces apud Pontificem pro Canonizatione S. Eduardi.

Illum renitens attentis ejus meritis ac miraculis SS. Confessorum ascribit numero.

Horatiusque Prælatos ad ejufdem venerationem.

Illius devotionis constantiam, & fidei firmitatem, quam circa Matrem veftram sacrosanctam Romanam Ecclefiam exhibetis, diligentius attendentes, in id propositum voluntatis adducimur, ut vos sicut cariffimos fratres, & speciales Ecclefiæ filios sincera caritate in Domino diligamus, propensius honoremus, & postulationes veftras, quantum cum Deo possumus, libenti animo admittamus. Inde utique fuit, quod super petitione, quam de Eduardo, glorioso quondam Rege Anglorum, canonizando, & in Sanctorum cathalogo ascribendo, tam chariffimus in Christo filius noster Henricus, Illustris Anglorum Rex, quam vos ipsi, nobis instantius porrexistis, sollicitam cum fratribus nostris deliberationem habentes, libro miraculorum inspecto, que dum in carne mortali viveret, & postquam de præfenti seculo est assumptus, omnipotens Dominus per suam misericordiam declaravit: Vitis etiam literis antecessoris nostri piæ record. Innoc. Papæ, veftris quoque testimoniis inde receptis: quamvis negotium tam arduum & sublime non frequenter solet, nisi in solemnibus Conciliis de more concedi: de communi tamen fratrum nostrorum consilio, iuxta votum & desiderium prædicti filii nostri Regis, ac veftrum, corpus ipsius Confessoris ita glorificandum censuimus, & debitis præconiis adorandum in terris, sicut eundem Confessorem Dominus per suam gratiam glorificavit in Cælis. Unde videlicet inter sanctos Confessores de cætero numeretur, qui hoc ipsum apud Deum signis meruit ac virtutibus obtinere. Quia igitur decet honestatis veftræ prudentiam, eum præcolere, & toto studio venerari, quem auctoritate Apostolica venerandum veftra postulavit devotio, & colendum, universitatem veftram per Apostolicam scriptam monemus, & exhortamur in Domino, quatenus cum ita deinceps fideatis debitis obsequiis honorare, ut ipsius intercessionibus apud districtum Judicem mereamini veniam obtinere, & gloriosum in æterna beatitudine præmium invenire. Dat. Anagninæ VII. Idus Februarii.

Libertates a Regibus concessas ratas habet. Incubitas decimas ab eodem exiguntur.

Presbyteros Parochias præfentes Epifcopo præfentandi iacit facultatem.

Sepulturam loci liberam declarat.

In communi interdicto supplicia voce divina celebrari officia concedit. Aobatem a Monachis eligendum statuit.

Solite conclusiones.

VI.

Privilegium confirmationis Archiepifcopatus Januensis, ac bonorum omnium, ad eum spectantium: cui nonnulla Monasteria, atque Ecclefiæ conceduntur.

Alexander Epifcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Syro Januensi Archiepifcopo, ejufque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Ab Originali in Arch. Sic. editi Ughell. loc. cit. Tom. IV. ubi de eadem.

Exordium.

Superna & ineffabilis providentia Majestatis sacrosanctam Romanam Ecclefiam, omnium Ecclefiarum matrem instituit & magistratam, ut, prælata cæteris, merita respiceret singulorum, & ad similitudinem æterni & iusti Judicis unicuique pro meritorum qualitatibus responderet. Unde & eadem sancta Ecclesia eos, quos fideles filios reperit, clementiori tractare gratia confuevit, & quos ferventiores circa suum obsequium intuetur, multiplici prærogativa honoris est solita sublimare. Nos igitur, qui in Sede Apostolica beato Petro Apostolorum Principi, licet non suffragantibus meritis, ex divina dispositione successimus, quantam devotionem, reverentiam, sedulitatem obsequii tempore isto procelloso & turbido Januensis Ecclefiæ, & tota civitas, omni terrore postposito, nobis nostrisque Nuntiis exhibuerit, & quanta nos magnificentia & honore susceperit, diligentius attendentes: considerantes etiam, quanta nobis & successoribus nostris incrementa & commoda per sublimem & inclitam Januensem Civitatem poterunt provenire, antecessoris nostri felicis memoriæ Innocentii Papæ vestigiis inherentes, qui personam tuam, & post te Januensem Ecclefiam, gloriosâ dignitatis excellentiâ sublimavit ad honorem exaltatum in gloria, & servitium, quæ B. Petro, & S. R. E. fidelissima, & ad quiescendum ei, sicut dictum est, promptissima perseverat, & de cætero id te facturum promptius pollicetur, eandem dignitatem tibi & successoribus tuis de communi fratrum nostrorum consilio duximus confirmandam. Quod enim te, frater Archiepifcope, jam dictus antecessor noster Innocentius privilegio decoravit, & in Archiepifcopatum promovens, insignite gratia reddidit ampliozem, nos ratum habemus, auctoritate Apostolica roborantes Epifcopatus in Corsica, Marianensi, Nebiensi, & tertium, cujus sedem memoratus Innocentius Ecclefiam sancti Petri de Acci constituit, & cui unam plebem de Mariana, & alia de Aleria concessit, Boviensem quoque Epifcopatum, ac illum de Brumiate cum Ecclesiis suis, quas circa se in castellis suis habet, quem idem antecessor noster de novo constituit, tibi tuisque successoribus, sicut & ipse antecessor noster fecisse dignoscitur, Metropolitanico jure subijcimus. Veruntamen Epifcopatum Januensem, & te videlicet & posteros tuos ab omni emancipatos subiectione, in manu propria libere retinemus: Statuentes, ut Januensis Archiepifcopus a suffraganeis suis Epifcopis consecratur: Pallium Pontificale ad officii plenitudinem a Sede Apostolica recepturus. Præterea illam sincerissimam devotionem tantam quam Civitatis tuæ, & multimoda obsequio.

Januensis Civitas de Alexandro PP. optime merita.

Epifcopatus in Corsica Januensi Ecclesia subiectos eidem confirmat nonnullaque concedit privilegia.

Archiepifcopis vero perpetuam Legationem concedit.

Nonnullas alias Ecclesias ac Monasteria clargitur.

Crucis praelationem.

ac Pallii usum concedit.

Abbatiam de Tyro eis subijcit.

Solis conclusiones.

Alexandri PP. EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episc. & S. R. Eccl. Ego Ubaldu Presb. Card.

obsequiorum officia, quae nobis haecenus fideliter & liberaliter impendistis, & jugiter etiam exhibetis, in memoria retinentes, ut Januensis Clerus, & Populus ad seruitium & honorem Ecclesiae tanto ferventius accendantur, quanto Ecclesiam & Civitatem Januensem a Sede Apostolica cognovit amplius honorari, communicato fratrum consilio legationem transmarinam tibi tuisque successoribus in perpetuum duximus concedendam: ita quidem, ut singulis octennis cum Episcopo, vel Cardinali Romane Ecclesiae illuc accedere debeatis, a nobis & a catholicis successoribus nostris recepturi, quam Episcopus & Cardinalis habuerit, qui a nobis & successoribus nostris illuc de corpore Ecclesiae fuerit destinatus. Monasterium quoque, quod in Insula Gallinaria situm est, ad jus S. R. E. specialiter pertinens, & Ecclesias in castro & suburbio Portus-veneris a jurisdictione Lucensis Episcopi eximentes, tibi & his, qui post te successerint, in perpetuum Apostolica auctoritate concedimus, & praesenti privilegio confirmamus. Albigenensem insuper Episcopatum tibi & successoribus tuis concedimus, ita quod a biennio postquam fuerit Ecclesia restituta, eundem Episcopatum perpetuo habeatis. Denique ut Januensis civitas, quae celestis Numinis adjuta favore de inimicis Crucis Christi triumphum frequentiter, & victoriam reportavit, & plurimas eorum urbes mira quadam & invicibilipotencia subjugavit, ampliori honore & invicibilipotencia dignitatis, equo cum navo albo in processionibus uti, & Crucem Dominicam per subjectam vobis Provinciam portandi, sicut praenominatus antecessor noster Innocentius concessisse dignoscitur, tibi tuisque successoribus licentiam damus, & liberam concedimus facultatem. Pallio vero infra Ecclesiam perfrueris his diebus, in Coena Domini, Pascha, Ascensione, Pentecoste, in festivitate Apostolorum Petri & Pauli, S. Joannis Baptista, S. Laurentii, tribus festivitatibus B. Mariae, & solemnitate Omnium sanctorum, S. Syri, Nativitatis Domini, Epiphania, in die Anniversario consecrationis tue, in consecratione quoque Episcoporum, Basilicarum, & ordinationibus Clericorum. Abbatiam quoque de Tyro ad melioramentum, salvam sanctae Romanae Ecclesiae proprietate ac censu, sicut & supradictus praedecessor etiam Innocentius fecisse cognoscitur, tibi, frater Archiepiscopo, tuisque successoribus duximus committendam. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis & confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione debita & congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem haec nostra statuta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant.

Ego Joannes Presb. Card. S. Anastasia. Ego Gregorius Sabinensis Episc. Ego Ubaldu Ostiensis Episc. Ego Bernardus Portuensis Episc. Ego Gualterus Albanensis Episc. Ego Jacintus Diae. Card. S. Mariae in Cosmedin. Ego Arditius Diae. Card. S. Theodori. Ego Riso Diae. Card. SS. Cosme & Damiani. Ego Cintius Diae. Card. S. Adriani. Ego Joannes Diae. Card. S. Mariae in Porticu. Datum Laterani per manum..... V. Idus Aprilis Indict. IX. Incarn. Dom. MCLXI. Pontificatus vero D. Alexandri Papae III. anno II.

VII.

Confirmatio statutorum, ab Hugone Rutensie Archiepiscopo pro Ordine & quiete Cleri suae Dioceseos.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Hugoni Rutensie Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quoties ea, quae ad pacem pertinent, postulantur a Sede Apostolica confirmari, tanto super his benigniorem assensum nos convenit adhibere, quanto ex bono pacis plura commoda, & gratiora singulis proveniunt incrementa. Ex quodam siquidem rescripto, a tua nobis fraternitate transmissio, ad audentiam nostram pervenit, quod tu, habito consilio Abbatum, Praepositorum, & Archidiaconorum tuorum, & Baronum terrae, cum nobili viro Hugone fratre tuo Comite Rutensie, hujusmodi pacem & concordiam statuisi: Quod omnes res mobiles & immobiles, & omnes homines tam clerici quam laici, in omni tempore sint sub ea pace securi. Nec ulli liceat praeter armatos milites & clientes, qualibet arma ferre, nisi milites enses solummodo, & clientes singulos baculos ferant, qui pacis, sicut ceteri, debent securitate gaudere. Et praeter eos, qui hanc pacem, sicut statuta est, noluerit firmare, & inviolabiliter observare, sicut de his, qui publice perjurant, vel fidem mentiuntur pro manifesto debito, seu pro cognita fideiussione, de rebus eorum pignoris licentia non denegetur: vobis tamen exceptis. Ad ejusmodi vero pacis & securitatis sustentationem & defensionem statutum est, ut Abbates, Archidiaconi, Archipresbyteri, Monachi, Canonici, Priores, & omnes clerici, qui proprias Ecclesias regunt, milites quoque, & mercatores, atque burgenfes, qui facultatibus abundaverint, & omnes etiam homines tam clerici quam laici, qui habuerint par boum seu aliorum animalium, cum quibus arare possint, sive amplius habuerint, vel qui habuerint summarium, equum scilicet vel equam, mulum vel mulam, quae ad portanda onera licent, duodecim denarios Rutenses, sive alios tantumdem valentes, dorent. Cum vero habuerint ovile ovium, dent pro eo sex denarios ejusdem monetae, vel alios equivalentes. Totidem autem dabant, qui habent unum bovem tantum, vel aliud animal, cum quo valeant arare, sive asinum, quem possint locare. Clientes vero, & artifices, scilicet fabri, farto,

Dat. die 13 Aprilis anno Dom. 1161. Pont. an. II.

Ex Concil. Tom. XIII. col. 238.

Exordium.

Confessio Rutensis.

In eo lata poena contra arma delinquentes.

Contra publicos perjures, hinc mentientes de re, vel perjuriam accepta. Sec. Praetium statutorum rerum commodandarum &c.

Summaque a familiaribus vendenda tantumquam decima.

Aliae leges.

Haec omnia sub pacis nomine contenta a Pontifice confirmantur.

Dat. die 14 Maji anno Dom. 1161. Pont. an. II.

Ex Tom. II. Monast. Anglicani.

Exordium.

factores, pelliciarum, & omnes operarii, aut sex, vel sesto, seu duodecim denaris, secundum suorum cappellanorum arbitrium dabunt. Verum, si pater cum filiis, seu fratres sive consanguinei fuerint, qui nondum sunt invicem separati, nec sunt res eorum divisa, unus pro omnibus dabit: alioqui solvat unusquisque pro se. Commune autem istud per singulas parochias debet reddi cum scripto unius parochianorum, quem cappellanus cum consilio sui Archipresbyteri & voluntate suorum Parochianorum elegerit: Et in die statuta ad ipsos Parochianos, & cum eodem scripto ad Rutenensem Ecclesiam deferatur. Quisquis autem res suas amiserit, postquam commune, sicut praedictum est, solverit, in integrum restitatur; si tamen certam personam, quae res sibi ablata habeat, vel locum, ubi sunt, poterit demonstrare: si autem, minime. Si vero inimicos villas vel oppida depredari vel diruere, forte contigerit, res quidem mobiles emendabuntur de communi; sed damna rerum immobilium non restituntur, nisi quantum a malefactoribus poterit recuperari. Clerici vero, qui proprias Ecclesias non habent, nisi par boum habuerint, non cogantur dare, si nolint; sed non dato communi, si forte res suas perdidissent, eis nequaquam emendabuntur. Additum est in praedicta pace, ut cappellani Ecclesiarum, & omnes laici, a quatuordecim annis & supra, pacem & commune firmare debeant, & observare. Qui vero in hoc obedire contempserint, debent ab Ecclesia limitibus coerceri, & ab omni pace fieri alieni. Ecclesiae quoque parochiarum, in quibus violatores pacis habitaverint, a divinis vacent officiis, donec ipsi ad emendationem venire cogantur: Quam siquidem pacis institutionem, quemadmodum a vobis facta est, & rescripto authentico roborata, firmam & ratam habemus, & eam auctoritate apostolica confirmamus, & praesentium scripto communimus; Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, se noverit incursum.

Datum Verulis, secundo Idus Maii, Pontificatus nostri anno secundo.

VIII.

Privilegium confirmationis Donationum omnium factarum Monasterio de Khorney.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Herberto Abbati Ecclesiae sanctae Mariae & sancti Botulphi Chorney, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris religiosam vitam professis, in perpetuum.

Iustis Religiosorum desideriis consentire, & rationabilibus eorum petitionibus clementer annuere, Apostolicae Sedis, cui largiente Domino deservimus, auctoritas, & fraternae charitatis unitas nos hortatur. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri &

nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impresentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneat; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Infulam videlicet Chorney, in qua ipsum Monasterium situm est, cum nemore & marisco & omnibus appendiciis suis, Ecclesiam de Nitlesey, Ecclesiam de Stangrud, Ecclesiam de Fakesey, Ecclesiam de Nodeston, Ecclesiam de Raddon, Ecclesiam de Remton, Ecclesiam de Stibinton, Ecclesiam de Emymell, Ecclesiam de Bollehorst, & Ecclesiam de Bibelden cum una hida terrae & decimis ejusdem villae & omnibus oblationibus, Ecclesiam S. Gregorii de Ehetford, duas Ecclesias de Deping, Ecclesiam de Eid, quicquid juris in Ecclesia de Wenge habeatis: In Comitatu Cantabrigiae Wytleseyam, & omnes illas rationabiles consuetudines, quas habebat Eliensis Ecclesia in Hundredis suis de Wycheforde, de terrae & de hominibus Thornensibus: Ecclesiam de Witlesey, exceptis propriis regalibus consuetudinibus, quae super terram illam evenerint, quas Hervaeus primus Eliensis Episcopus cum assensu Capituli sui, Ecclesiae vestrae in elemosynam rationabiliter contulit in die Dedicacionis ejusdem Ecclesiae: In Comitatu Huntigdoniae, Reuton, Wodeston, Jakesey, & mercatum ejusdem villae Soka, & Saka, & Eol, & Ecam, & Infangenthes, & omnibus ejusdem pertinentibus consuetudinibus, medietatem Stagni, quod Wytlesemere dicitur, Stangrund, Starshod, Naddon, Stibeston, duas hidas & dimidiam, & in Stibington v. virgatas pertinentes ad Sibeston, & decimam unius carucae in Sibeston: In Stibinton decimam Rogerii: In villa, quae dicitur Eobinton, vi. hidas: In prato de Stanton xxviii. acras diversis hominibus: In Doppedethorn xiv. acras terrae, & pratum eidem terrae pertinentes: In Villa, quae dicitur Nuntendon duas domos & terras, in quibus ipsa domus sunt: Jus quod habeatis in Ecclesia omnium Sanctorum, de mercato ejusdem villae: Decimam Widonis filii Goscelini in Destreton: In Stolkesnorth duas virgatas terrae & dimidiam, & aliam terram in eadem villa, viii. solidos annuatim reddentem: De dono Andreae Revelli xv. acras, quas dedit in elemosynam pro se & omnibus parentibus suis vivis & mortuis: In comitatu Nampton Emymell, duas hidas & molendinum, terram in Lufemyk, item dimidiam virgatam terrae, & decem acras de Inland in praedicta villa, unam hidam in Rande cum redditu ejus scilicet xiii. dimidiam hidam in Charmalton: Terram de Pippewell de dono Willielmi de Albeni Brittonis: Et in Stoke unam carucatam terrae de dominio ejusdem villae cum tosta & prato & tota communitate in bosco & plano & pascuis: De dono Alberici de Emymell duas garbas decimarum sex carucarum trium villarum, scilicet, Istep, Drayton, Edinton: In comitatu de Warremick, Salebrigg cum appendiciis suis, unam virgatam terrae in Welfhamcote, & molendinum de Ruton, seruitium Edrici de Stlechenho cum sua terra, scilicet v. jugera in

Bonorum omnium confirmatio, quorum nonnulla enumerantur.

B b b cam.